



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Calendarivm Novum & Antiquum

Thomas <von Kempen>

Coloniae, 1651

Lectoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55129)



LECTORIS.

CALENDARIVM APVD
 veteres librum significabat fene-
 bris pecunia credita, in quo nomina
 scribebantur. Nomen ex eo descen-
 dit quod in Calendas olim fenerari
 solerent, & ideo Calendarum nomine
 libris suis prapósito, qua deinde nomi-
 na ferissent, subscriberent. Hinc Ca-
 lendarium versare aut voluere dice-
 batur. Nos Christiani id nomen ad
 annos Christianos transferimus, quo-
 rum quisque dies proprium sanctū fe-
 stumue, cuius nomine insignitur, pra-
 sefert. Iam siue à debita pecunia siue
 à Sanctis Calendarium nūcupamus,
 utrumq; nobis accommodari posse vi-
 debitur. Quid enim? debitores su-
 mus non carni, vt secundum car-
 nem

nem viuamus: Rom. 8. Et cuiusdam
 dictum est. Redde quod debes.
 Matth. 18. Quin & Christus ipse iu-
 bet nos rogare dimitti nobis debita
 nostra. Plena sunt his Euangelia.
 Præterea quid homine Christiano
 dignius quam versari cum Sanctis
 nondum in cælo, saltem adhuc in ter-
 ris? Quoniam igitur magnus ille di-
 tissimusq; Paterfamilias Deus à nobis
 non solum in singulas Calendas, ut
 olim, sed in singulos adeo dies iure su-
 ænus recte agendi exposcit, nosq;
 olim suis sanctis adscribere atque con-
 iungere concupiscit, eam in rem hoc
 Calendarium maxime opportunum
 videbitur. Habes enim hic quoti-
 die, unde Domino aliquid persoluas
 sententias inquam ex aureo de imita-
 tione Christi libello depromptas, dige-
 stasque. Quot centurias cogitationum
 interdum voluimus, quarum quot
 quæq; erit vel honesta vel utilis? Ad

eas
 est
 pau
 tion
 ade
 test
 stin
 lita
 ad
 fren
 beb
 me
 tua
 ad
 uen
 tibi
 qua
 sed
 pau
 vir
 erit
 bols

PRÆFATIO.

5

eas corrigendas nihil profecto aptius est quam animum adeo vagantem palantemq; salutari quadam cogitatione constringere atque coercere. Id adeo parvus hic libellus prestare potest. Lege hic suo diei sententiam destinatam, & habebis quod toto die salutariter occurrat recurratq; & in actionibus humanis, ne exorbites, refrenet. An vero molestum videri debet, sententiam de die uno momento legere, in qua tuum commodum, tua salus contineatur? Non inuitaris ad integrum longumq; caput euoluendum; sed ad paucula verba, qua tibi propinantur instar theriace, quam non cochlearibus haurimus, sed apice cultri suspensam: quando paucitatem, prestans illa medendi virtus compensat. Et hic salutaris erit curiositas, cum nouus quotidie bolus deuorandus offertur, non suo

A 3

melle

melle vel grata acrimonia destitu-
tus. Breuia, noua, sana placeant, deli-
ctant, iuuant. Vale Lector, & si re-
de valere vis, hinc aliquid quati-
libabis.

IANVA